

lo AQ. scripto arcu QS. secante longiorem AI. in S. arcus quidem QS. est de prioris motus compositi elemento, differentia verò inter AL. AI. seu LQ. & SI. iunctæ portiones, sunt de posteriore motus elemento, quod iam mente separandum est: nihil enim ei debetur de tempore periodico, cum iam in superioribus suam portionem acceperit, ubi de libratione agebatur, legibus aliis. Atqui nō aliā viā separari potest hoc alterum motus elementum, quàm sectione illa orbitæ in partes inæquales, quam supra tradidimus. Quantum enim excedunt iunctæ KE. LI. iunctas PC. RG. totum, id est, de posteriori motus elemento; & illo excessu separato, relinquitur de priori elemento aliquid quod est æquale iunctis PC. RG. quod sic demonstrato.

Quia enim AE. AI. per superius demonstrata sunt æquales ipsis BP. BR. quare scriptis arcibus per E. I. signa, quorū ill. de areâ AEK. tantundem absecat & excludit versus K. quantum iste ad AIL. adsciscit supra L. ut ita triangula (sectores verius) nouas has bases rectas nanciscantur loco basium obliquarum KE. LI. fiet ut areâ, iunctis PCB. RGB. æquali, ad AE. AI. applicata, bases etiam seu arcus per E. I. scripti, fiant æquales basibus per PR. scriptis. Atqui prius est demonstratum iunctas areas KEA. LIA esse æquales iunctis PCB. RGB. Quod igitur de obliquis basibus KE. LI. pertinet ad circumlationem circa Solem, id æquale est arcibus PC. RG. iunctis, ubi nulla fere miscetur ei libratio versus Solem, quia AP. AC. sunt in differentia insensibili, sic & AR. AG.

Eadem demonstrabuntur etiam de aliis particulis orbitæ: ut si sumatur CF. & continuatis CB. FB. in G. & H. adiungatur respondensei GH punctaq; quatuor cum A. fonte motus connectantur. Nam demonstratū est in superioribus, iunctas CA. AG. necnon & iunctas FA. AH. æquales esse iunctis PA. AR. seu PR diametro longiori, quare etiā, ut prius area ACF. AGH. iuncta erūt æquales iunctis BCF. BGH. & per has, iunctis APC. ARG. quauis CF per institutā sectionis
rationem